

Nr. 59. 4.

Q. B. F. F. Q. I. E. D
PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
 VOCABULI ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ EXPLICATIONE
XXVIII

ILL. GYMNASII NOSTRI CVRATO-
 RES GRAVISSIMOS OMNESQUE LITERARVM
 PATRONOS, FAVTORES, AMICOS

^{A D}
ORATIONEM
^{D E}
 TRIVMPHIS ROMANORVM
 QVIBVS CVM APOSTOLVS GEN-
 TIVM EXSVSCITATIONEM CHRISTI A MOR-
 TVIS COMPARAT, ANIMADVERSIONES
 QVASDAM COMPLECTENTEM

^{A B}
JO. VDALRICO GOTTLLOB. SCHMIDIO

NOSTRATE
 IVVENE IVRIS STVDIOSO, OPTIMIS GYMNASII NOSTRI
 CIVIBVS, QB INGENII MORVMQUE ELEGANTIAM ATQUE
 IN COLENDIS LITERIS ASSIDVITATEM ANNVS.
 MERANDO

FER. I. PASCH. MDCCCLXXXIII

HABENDAM
 QVA DECET OBSERVANTIA

DIRECTOR ET RELIQVI PROFESSORES

^{INVITANT}
 COBVRGI
 FORMIS AHLIANIS

Hieronymus, "Porro," ad Ambacum. 2, 4 adscripsit,
 "quod Apostolus LXX magis testimonio abusus est
 "ad Romanos scribens, iustus autem ex fide mea vi-
 "uet, et non eo, quod habetur in Hebraico, causa perspicua
 "est. Scribebat enim Romanis, qui scripturas Hebraicas
 "nesciebant, nec erat ei cura de verbis, cum sensus esset in
 "tuto, et damnum ex eo praesens disputatio non haberet.
 "Alioquin ubique diuersus est sensus, et aliter scriptus
 "est in Hebraico, aliter in LXX, nota, eum his vti testimo-
 "niis, quae a Gamaliele Doctore legis didicerat." Syrus po-
 suit: *וְדַיָּקָה בְּחִינָנוֹתָא נָהָא Innocens autem ex fide, felix*
erit. Quam lectionem, teste Lamberto Bosio, habet etiam
 Cyrillus. Flaminius Nobilis adscripsit: "A multis libris
 "abest illud *mea*, *μη*, quemadmodum et i. ad Rom. hodie
 "in vulgatis Graecis et Latinis." Theodoretus adiecit:
 Οὐ μὲν γὰρ περὶ τὰς ὑπὸ ἐμοὶ γγυγομένας προσέχοντες ἀμφιβόλω
 χεωμένος γνῶμην, τῆς ἐμοῦ ἀπειπούσας ἀνάξιος· οὐ δέ τοῖς ὑπὸ ἐμοὶ²
 λεγομένοις πιστεύων, καὶ τῇ πίτει πρόσφορον μετεχόμενος βίον,
 τὸν τῆς ζωῆς τεսγήσει παρέπον. Qui de oraculis a me prolati
 ambigue senserit, mea cura erit indignus: qui autem meis ef-
 fatis fidem habet, ac fidei consentaneam dedit vitam, felici-
 tatis percipiet fructum. Isaïdes per צְרִיךְ hominem signifi-
 cari opinatur, qui Iudaicam profiteatur religionem, etiamsi
 idem sit pessime moratus, idque exemplo Iechoniae sive Ie-
 hoiachimi declarat, adscribens: יבננה המלך שעתיד רשות זה
 לכהנותו יעמור לו אדרקו. ובוים שיושך זה מקבחו ישא אויל
 מרדך את ראש יהיכין ושם את כסאו מעל כסא המלכים:
Iechoniae regi, quamvis apertus erat nocens, huic, quum in
capti-

captiuitatem abduceretur, sua constitit innocentia. Nam eodem tempore, quo proiciebatur iste Iehoiakimus, Ier. 22, 18. 19, ex sepulchro suo, extollebat Ewil Merodach caput Iehoia-chimi, et posuit thronum eius supra thronum regum, Ier. 52, 31. 32. Kimchius et Melechides intelligent per hoc minem animi demissi, qui idem fiduciae Dei est plenissimus. Ezrides priorem partem segmenti quarti non de Iudeis solum incredulis atque improbis, sed de gente etiam Chaldaica eiusque rege intelligit, ad verba adscribens: הנה עפה נפשו כמו עפל ובחן: Animus eius elatus est, ut Ies. 32, 14: atque ad verba לא ישרה בו addens: אף כי צדיק ממנו. ומלה לא תשורת בעבור אהות ובן הוא צדיק באמונתו לא יהיה מידו. והטעס לא ישרה נפשו בו והוא רואה כי צדיק ממנו לא היה מירז ואף הוא שיחיה זימלט. והטעס דרך תימה הנה הוא רואה כי צדיק בעבור אמוןתו לא ימלט מירו ואיך לא ייחס על עצמו שנפשו עפה ולא ישירה והוא איש היין בוגר וגבר והיר אשר כל אלה הגנות והרעות הוא שעשם ואין לא ייחס בעצמו כי עליו ישאו משל ייחודו הידות הנסתורות ממנה בדרך מליצה ובאר היטב כמו שכותוב هو המרבה וכל הפתוכ אחינו; Homo animi increduli atque improbi non viuet: multo minus innocentior ipso. Nam particula non iterum est ponenda, hoc modo, ipse innocens fide sua non viuet a manu eius. Itaque sententia haec est, homo est animi improbi, ipseque videt, innocentiorum ipso non viuere a manu sua, quamvis hic est, qui viuere atque eripi debebat. Sensus igitur exprimendus est modo admirationis: Viuetne innocens fide sua? Ecce ipse animaduertit, innocentem propter fidem suam non eripi ex potestate sua, quomodo igitur non cogitet de se, animum suum esse incredulum atque improbum, se esse hominem vinosum, fraudulentum, virum superbum, qui omnes istas sententias et calamitates ipse infligat illis, quomodo porro non cogitet de se futurum esse, ut de ipso proferant cantiunculas atque excogi-

CXCVI *f. XXXIII.* Διμανούν Rom. 1, 16. 17 exponitur.

tent acute dicta ignota ipsi, modo dictiorum, quae clarius exponit scribendo: Vae coaceruantibus non sua! et quae sequuntur. Ex qua Ezridae commentatione illud etiam apparet, vocabula *innocens* ex fide, quae subiectum efficiant, ex ipsius sententia esse coniungenda, cuius subiecti praedicatum sint verba non viuet. Ezrides enim particulam נ post nomen בָּאַמְוֹנָתִו interponit. Neque positio illa: *Innocens* non viuet per fidem suam, esset vera: quum altera: *Innocens* ex fide sua qui est, non viuet, multas ob causas potest esse certa. Vocabula ergo per fidem non cum praedicato, sed cum subiecto coniungenda esse videntur. At non necesse est, ut sensus horum verborum modo admirationis exprimatur, si cohaerentiam sermonis in Ambacumi vaticiniis de calamitate per Chaldaeos importanda accuratius consideremus, quae haec est: Cap. 2, 1. *In excubiis meis stabo, et consistam in loco munito, speculatus cum voluptate, quid mihi reuelaturus sit, et quid respondeam reprobationi* (in quam incurri quia audacter quaedam protuli de rationibus prouidentiae diuinae, cap. 1, 12. 13. 14: *Nonne tu inde ab antiquissimo tempore es Iehouah, Deus meus, sanctus meus: non moriemur: Iehouah, iustitiae nocentes damnantis causa posueras illam, nationem Chaldaeorum, reprobationis acrioris causa fundaueras illam.* LXXII hic transtulerunt: καὶ ἐπλασέ με τῷ ἐλέγχει παιδίον ἀντὸς et legisse videntur: *וַיְצִיר לְהֹכִיח יִסְרָהֵל* Sed Aquila conuertit: Στερεόν εἰς τὸ ἐλέγχειν Θεμελίωσας ἀντόν. Symmachus: Κερατίον εἰς τὸ ἐλέγχειν ἔνησας ἀντόν. 13. *Sanctiores sunt oculi tui, quam ut faueant malis, neque conspicere potes aegritudinem proborum, cur respicis praeuaricatores? cur siles, quum percutit nocens se innocentiorum?* 14. *Num facis homines similes piscium marinorum, aut reptilium rege carentium?*) 2. Tum respondit mihi Iehouah his verbis, inscribe visa distinete in tabulis,

ff. XXXIII. Διαισθύντες Rom. 1, 16. 17 exponitur. **CXCVII**

bulis, ut festinare queat lector eorum visorum. 3. Nam superest visum de statuto tempore, quod effabitur de fine neque mentietur, si cunctetur exspecta illud, nam certo veniet, non morabitur. 4. Ecce incredulus erit in hac re, cuius animus est improbus, sed per fidem suam innocens, felix erit. Quod ergo Ambacumus hic generatim de fatis hominum per fidem suam innocentium pronuntiat, eos futuros esse felices, id Paulus de eorundem beatitate spirabili atque aeterna affirmat, id quod vidit etiam Wetstenius ad Rom. 1, 17. Fides Deo habita sola efficere potest, ut homines sint felices, quia eadem sola efficere potest, ut iidem sint innocentes. Quid? quod sola fides Deo habita efficere potest, ut homines declarentur innocentes. Itaque iustitia Dei innocentes absoluens ex nulla alia re oriri potest, nisi ex fide. Propterea Apostolus gentium ad Romanos scripsit: *Iustitia enim Dei innocentes absoluens in eo euangelio reuelatur, orta ex fide.* Pro διαισθύντες Syrus קַנְוָתָה atque Arabs עֲדֵל Vulgatus iustitiam ponit. Paulus addit: Et quidem in disciplina fidei. Iustitia Dei innocentes absoluens atque euangelium neque in disciplina legis ignorabatur, multo autem clarius reuelabatur in disciplina fidei. Sic, ut post observauui, quam ipse et quidem interposuisse, codex Montfortii saec. XVI. habet νοι εἰς πίστων. Qui codex quum ex Erasmi et Wetstenii sententia ad Latinorum Lectionem immutatus sit, haec autem particula νοι et in Latinis huius loci exemplis teste Petro Sabatier nusquam reperiatur: clarissime patet, hanc particulam ex vetustiori quodam codice esse desumptam, quae etiam antea interpretamenti loco margini allita esse potuit. De codice modo allegato conferri potest Wetsten. N. T. in prolegom. T. I p. 52 num. 61. et Tom. II. p. 14 num. 40. Eἰς πίστων saepe idem esse atque ἡ πίστη in fide, i. e. in disciplina fidei, aut posse reddi per fidem,

Gg 3

id

CXCVIII. f. XXXIII. Δικαιοσύνη Rom. 1, 16. 17 exponitur.

id est, per disciplinam fidei, ac praepositionem εἰς etiam significare *per*, a Grammaticis iam est annotatum. Conf. Act. 7, 53. Rom. 6, 15. 9, 5. 1 Cor. 10, 2. Hebr. 2, 3. Eodem modo hanc praepositionem hoc loco expressit Aethiops non ad verbum, sed ad sententiam transferens: **אָשָׁם צְדָקָם אַנְאָבָחֶר לֹאֵל יְאִמּוֹן בָּאָמֵן** *Cum macha ibil mazchaf zedekam* *Nam innocentes reddit Deus eos qui credunt per fidem, i. e. disciplinam fidei, quia sic dicit scriptura: Innocens per fidem, felix erit. Aethiops ergo non δικαιοσύνην solum de iustitia Dei innocentes absoluente, haudquaque de innocentia hominum in foro diuino valente, interpretatur, ac nomen δικαιοσύνης cum vocabulis ἐκ πίστεως coniungit, et verba εἰς πίστην interpretatur per fidem, id est, per disciplinam fidei: sed ostendit etiam explicatione sua, eos tantummodo qui fidem Deo habent, innocentes declarari a Deo, haudquam eos, qui Iudeorum more, opinatis suis bonis confidant operibus. Hieronymus etiam vocabulis εἰς πίστην praedicationis fidem siue disciplinam fidei significari putauit, adscripsit enim: "Ostendit ex fide vniuersiusque nostrum "praedicationis fidem posse roborari". Theodoretus eandem vocabulorum εἰς πίστην attulit explicationem, scribens: Εὐ πίστεως εἰς πίστην, Φησί· δέ γαρ πιπεῦσαι τοῖς προφήταις, καὶ δι ἐκείνων εἰς τὴν τῇ εὐαγγελίᾳ πίστην ποδηγηθῆναι. Ex fide in fidem inquit: oportet enim fidem habere prophetis, ac per illos ad euangelii fidem deduci. Eidem Theodoreto δικαιοσύνη est aequitas Dei, iustitia misericordia temperata, siue iustitia innocentes absoluens, mox enim adiecit: Δικαιοσύνην δὲ θεῷ διὰ τῇ εὐαγγελίᾳ αποκαλύπτεσθαι ἐφη, & μόνον τὴν ἡμῖν χορηγούμενην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν ἀυτῷ τῷ τῆς σικονομίας μυσηρίᾳ προφανῶς δεικνυμένην. Οὐ γάρ ἐξεστί τὴν ἡμετέραν ὠκονόμοις σωτηρίαν, γέδε προστάγματι καὶ λογῳ πατέλυσε τῇ θανάτῳ τὸ κεάτος, ἀλλ ἐκέρδασε τῷ δικαίῳ τὸν ἔλεον. Aequitatem autem Dei per euang-*

ge-

§. XXXIII. Δικαιοσύνη Rom. 1, 16. 17. exponitur. CXCIX

gelium demonstrari inquit, non nobis solum exhibitam, sed ipso etiam arcano effectionis modo clarissime demonstratam. Non enim vi nostram molitus est salutem, neque imperio aut verbo destruxit mortis robur, sed temperauit rigorem misericordia. Grotius etiam nomen δικαιοσύνης cum vocabulis ἐκ πίστεως coniungit, quanquam alia plane sententia, adscribens: "Iustitia illa ex fide nascitur." Cum nostra expositione, qua δικαιοσύνη iustitiam Dei, significat, innocentes absoluētem, conueniunt etiam sequentia, in quibus a Paulo ὁ γὰρ Θεὸς ἀπὸ βεατῶν commemoratur, siue iustitia Dei summi nocentes damnans, poenaque ab eodem omnibus hominibus impiis et sotibus, veritatem mendacio reprementibus, infligenda, quae ab Hebraeis per τόπον exprimitur. Quae ergo Schoetgenius ad hunc locum adiecit vix erunt probanda. "Vocem δικαιοσύνης expono per benignitatem, secus, quam "vulgo fieri solet, secutus hac in parte tum Syrum inter- "pretem, qui, vertit כִּינְוָתָא tum quoque connexionem, "quae hunc sensum requirit. Notum autem est, פַּרְעֹשׂ non "semper denotare αἰγιβοδίαιον, sed etiam benignum, huma- "num, misericordem. Conf. Interpretes ad Matth. I, 19." Quod ad כִּינְוָתָא attinet, hoc nomen non benignitatem, hu- manitatem aut misericordiam significat, sed Edmund. Ca- stello et Carol. Schaafio auctoribus iustitiam, rectitudinem, aequitatem. Quid? quod eadem radix בְּנֵי respon- dent verbis ἐλέγχω, redarguo, reprehendo, Eph. 5, 11, et ἐλέγχος, redargutio, reprehensio, 2 Tim. 3, 16. Ad cohaer- rentiam sermonis autem plane non prouocare potuit Schoetgenius, quum τὴν δικαιοσύνην iustitiae innocentes absoluēti, ὁ γὰρ iustitia fontes puniens in subsecuente segmento 18 aperte opponatur.

Rom. 2, 13: Non enim auditores legis innocentes sunt coram Deo, sed legem obseruare studentes δικαιοθήσονται, in-

CC *f. XXXIII. Διαλογίου Rom. 2, 13 exponit.*

nocentes declarabuntur. Perfecta enim legis obseruatio in neminem omnium hominum cadit praeter Christum. Quod si ultima verba transferas, sed obseruantes legem innocentes declarabuntur, ostendit tantummodo Paulus Iudeis, quid ipsis faciendum sit, si per legem innocentes declarari velint, ut vidit etiam Phil. a Limborch ad h. l. p. 256. Ergo οἱ ποντὶ τὸ νόμος non magis hic explicari possunt per legumlatores, qui condunt legem, ut recte annotauit Erasmus, quam per homines legem perfecte obseruantes. Vatablus item rectissime adscripsit: "Iudex iustificare reum dicitur, "cum eum innocentem sua sententia pronuntiat." Add. V. III. I. D. Michaëlis Biblioth. Or. et Exeget. P. XIII p. 177. Ex his praeterea clarissime apparet, hic neque de caerimoniiali siue Leuitica, neque de forensi, sed de lege morali agi a Paulo, qui hanc etiam in subseguente segmento 15. appellat τὸ ἔργον τὸ νόμος, legem efficacem, in animis gentium a veritate alienarum inscriptam: sic enim haec verba, mihi videntur explicanda, ut ἔργον διακονίας, ministerium efficax, Eph. 4, 12, τὸ ἔργον τῆς πίστεως, fides efficax, 1 Thess. 1, 3 et 2 Thess. 1, 11. Sic ἔργα νόμος mihi non significare videntur opera legis, sed vires atque efficacitatem legis, huic enim, eiusque cognitioni confidebant Iudei, quamquam iidem probe scirent, illisque esset persuasissimum, non fieri posse, ut quisquam legem moralem perfecte seruaret. Vid. V. III. I. D. Michaelis Einleitung in die göttlichen Schriften des N. Bundes, Th. II § 176 p. 1062.

Fd 6020 II

(c)

ULB Halle
003 772 209

3



TA 906

WMA 2015





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



18

Q. B. F. F. Q. I. E. D
PRAEMISSA AD HOS. II. SEGM. XXI
VOCABULI ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ EXPLICATIONE
XXVIII

ILL. GYMNASII NOSTRI CVRATO-
RES GRAVISSIMOS OMNESQUE LITERARVM
PATRONOS, FAUTORES, AMICOS

A D
ORATIONEM
D E
TRIVMPHIS ROMANORVM
QVIBVS CVM APOSTOLVS GEN-
TIVM EXSVSCITATIONEM CHRISTI A MOR-
TVIS COMPARAT, ANIMADVERSIONES
QVAS DAM COMPLECTENTEM

A B
JO. VDALRICO GOTTLLOB. SCHMIDIO
NOSTRATE
IVVENE IVRIS STVDIOSO. OPTIMIS GYMNASII NOSTRI
CIVIBVS, OB INGENII MORVMQUE ELEGANTIAM ATQVE
IN COLENDIS LITERIS ASSIDVITATEM ANN-
MERANDO

FER. I. PASCH. MDCCCLXXXIII
HABENDAM
QVA DECECT OBSERVANTIA
INVITANT
DIRECTOR ET RELIQVI PROFESSORES

COBVRGI
FORMIS AHLIANIS